

B. h. II 314.
h. bi, 15.

X 1877956



Q. D. B. V.

De

ALIENATIONE VASALLORUM

DISPUTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISS. JCTORUM, IN UNIVERSITATE
NORICA, ORDINE PERMITTENTE

PRO DOCTORALIBUS IN UTROQUE JURE
PRIVILEGIIS LEGITIME CONSE-
QUENDIS

Ad d. 25. Junii Anno MDC LXX.

P. P.

GUSTAV-ADOLPH-HUSAN
Lipsiensis.



ALTDORFFI

Typis Viduæ Joh. Leonhardi Winterbergeri, Univ. Typogr.

22

C. 30 30

Q. D. B. V.

ALLENATIONE

VASSALLORUM

DISPUTATIO INAUGURALIS

IN REGIA UNIVERSITATE

PHYSICAE ET MATHES. ORDINE PERMITTENTE

PRO DOCTORE ATHEMATICIS ET MATHES. QUAE

PRIVILEGIIS LEGITIME CONSER-

QUENTIS

MDCCLXX

P. P.

CHRISTOPH-ADOLPH-HUSSAN

Lipicensis

Printed and Sold by J. G. Neumann, Neudamm, near Berlin.

1777

The Year for Leonardus, Wm. Berger, Lipsia

23

Em
gn
ctu
Sal
ton
46.
five
re c
app
& M
am
hib.
feud
tom
tio
Som
petu
du
qu.





J. C. B.

THESIS I.

Alienationis nomen generale est *Nov. 7. c. 1. V. alienationis l. statuliberi 27. §. 1. ff. de statulib. l. alienationis 28. ubi Dd. ff. de V. S. Redoan. tr. de reb. Eccles. non alien. q. 1. n. 3. Fabian de Monte tr. de Empt. Vend. q. 22. Hering de fidejus. c. 7. n. 198. & ambitu significationis omnem speciem distractionis, & quemvis actum rei vel juris sui diminutivum continet l. fin. ubi Bart. Salycet. Sich. C. de reb. alien. Goedd. ad d. l. 28. n. 4. & 9. Anton. Fab. ad l. 4. §. 2. de alien. jud. mut. Sive verè, sive fictè §. 46. & seqq. J. de R. D. l. singularia 15. ff. d. R. C. sive expressè sive tacitè vel præsumptivè vel ipsius rei, vel alicujus juris in re constituti fiat translatio *Cephal. cons. 296. n. 33. Hinc sub appellatione alienationis impropria seu latissimâ Bald. & Matth. de Afflict. in c. 1. in v. aut si libellario quib. mod. feud. amitt. Octav. Simoncell. tr. de decret. in minorum contract. adhib. l. 1. tit. 1. n. 13. Venit Feudi constitutio Dd. in c. 1. què feud. dare poss. HERN. de capit. Corrad. n. 10. Molin de J. & J. tom. 2. disp. 461. Franzsk. de laudem. c. 14. n. 3. in Ephyteusin datio *Nov. 7. c. 1. l. fin. C. de reb. alien. c. nulli §. de reb. Eccl. alien. Sonsb. de feud. p. 12. n. 82. Vult. de feud. l. 1. c. 10. n. 64. In perpetuum locatio c. ad audientiam 11. de reb. Eccl. alien. ubi Abbas ducto argumento à rubrica Clarus §. feudum qu. 33. Redoan. qu. 2. c. 13. & 14. Census impositio Tiraqu. de retract. lig.***

nag. §. 1. gl. 4. n. 61. Redoan. qu. 2. c. 27. Possessionis translatio l. item 4. §. 2. ff. de alien. jud. mut. l. magis puto 5. ff. de reb. eor. qui sub. tut. Bald. in auth. hoc jus C. de SS. Eccles. Besold. conf. 83. n. 62. Ususfructus l. fin. C. de reb. alien. Boër. dec. 199. n. 4. Wes. conf. 51. n. 65. Pignoris & hypothecæ constitutio d. l. fin. Auth. res qua C. comm. de leg. c. un. de prohib. feud. alien. per Frider. Wehner. pract. obs. in v. vereusern Rosenth. c. 9. concl. 14. n. 7. Transactio l. 1. §. 9. ff. si quid in fraud. patron. gl. & Br. in l. nulli 13. ff. de transact. Rosenth. c. 9. concl. 21. Petra de fideic. q. 8. n. 64. Fuffar. de fideic. subst. qu. 708. n. 6. Geil. l. 2. obs. 72. n. 2. Compromissum Clarus in §. feudum qu. 39. Zas. de feud. c. 9. n. 20. Vult. l. 2. c. 2. n. 3. Redoan. d. q. c. 36. de inhibitione Cæsarea contra compromissum super Burggraviatu Magdeburgensi factum v. Hortled. de caus. belli German. p. 1. l. 4. c. 48. n. 22. & l. 5. c. 5. n. 5. & 10. cujus meminit Francisc. Pfeil conf. 168. & super hoc negotio consultus Schurff. cent. 2. conf. 53. Fidei jussio Bald. in l. exceptione 11. C. de Evict. Gylman. Symphor. tom. 2. part. 1. n. 28. fol. 57. Hering. c. 15. n. 58. Knipschild. de fideic. fam. c. 11. n. 59. & seqq. Usucapio d. l. 28. gl. in. l. un. C. si advers. Usucap. Redoan. q. 2. c. 2. & 3. Assignatio ad fideles manus proxenetæ, nomine peregrini emptoris, de quo statuto Lubecæ, Hamburgi & aliis in locis vigente tractat Joh. Marquard de Commerc. l. 2. c. 9. n. 89. & seqq. Repudiatio juris delali quærendi l. 6. ff. qua in fraud. cred. Trentacinq. l. 2. tit. de minor. res. 9. n. 6. Carpz. p. 2. decis. 161. Divisio Rosenth. c. 9. C. 53. Et ut uno verbo complectamur latissimam alienationis significationem, comprehendit ea etiam quamvis obligationem, & consensum ad quamcunque translationem & diminutionem rei suæ jurisque sui tendentem. Seneca l. 5. de benef. c. 10. Goedd. d. l. Christin. vol. 3. decis. 77. n. 6.

Th. II. Alie-

THESIS II.

Alienatio prescius & magis propriè denotat actum, per quem dominium transfertur, uti describitur in *l. 1. C. de fund. dot.* seu talem translationem, per quam dominium & jus quod in re habemus à nobis abit, & in alium transit *l. alienatum 67. ubi Dd. de V. S. Menoch. l. 2. præsumpt. 97. n. 32. Wurm. tit. 50. obs. 33.* qualis est Traditio vel quasi, ex causa ad transferendum dominium habili §. *per traditionem 40. J. de R. D. l. nunquam 31. ff. de acqu. dom. Venditio l. ex empto 11. §. 2. l. servus 30. §. fin. l. 46. ff. de act. empt. l. fin. C. de reb. alien. c. nulli X. de reb. Eccles.* in qua per intentionem contrahentium hoc agitur, ut dominium in eumentem transferatur *l. cum manu 80. ff. de contrah. empt.* & si secuta est traditio, alias non dicitur facta alienatio, quia quamdiu res manet sub meo dominio, adhuc à me nihil est remotum, & in alium translatum *d. l. 67. de V. S.* atque ita intelligitur *l. statu liberi §. 1. ff. de statulib.* quod venditionis verbo omnis alienatio venit, quanda est facta executio Redoan. *qu. 2. c. 18. n. 14.* Permutatio, qua res ipsa traditur *l. 1. §. 2. ubi Jason. n. 5. ff. de rer. permut.* appellatione enim venditionis, permutatio etiam continetur *l. permutavit 19. juncta l. 18. ff. de liber. caus. l. Titia 62. ff. de Jur. dot. & prohibita alienatione, prohibita intelligitur permutatio l. sciendum 19. §. 5. ff. de edil. edict. l. 2. C. de rer. permit. Molin. de primog. l. 4. c. 4. n. 11.* Datio in solutum, res enim soluta ad creditorem transit *l. pro soluto 46. ff. de usurpat. l. 4. ff. de publician. & datio insolutum vicem venditionis obtinet l. ult. ff. ex quib. caus. in poss. l. si prædium 4.*

C. de evict. Tiraqu. de retract. §. 1. gl. 14. n. 1. & seqq. Hering. de fidej. c. 20. §. 21. n. 4. Donatio Nov. 7. c. 1. d. c. nulli. l. quis saxum 6. l. qui mihi 13. ff. de donat. Wesenb. cons. 192. n. 14. Vult. l. 1. c. 10. n. 58. Cessio, quæ est quædam jurium venditio, & tantum operatur in rebus incorporabilibus, quantum traditio in rebus corporalibus Rebuff. ad constit. Regni tom. 2. de cess. act. & transport. gl. 3. Fusar. qu. 697. Lenz. de Cession. c. 3. n. 17. & c. 19 membr. 1. n. 2. Alphons. de Olea de Cess. tit. 2. qu. 4. n. 4. Hæredis institutio & Legatum l. si quis 8. §. 2. C. de secund. nupt. l. peto 69. §. 3. ubi Br. ff. de leg. 2. Rosacorb. pract. for. c. 83. n. 3. Besold. cons. 11. n. 125. cons. 123. n. 27. Knipsch. c. 11. n. 177. De speciebus utriusque alienationis prolixè agunt, Fusarius, Petra, Knipsch. in locis alleg. Isernia, Alvarott. Bald. & FF. communiter in c. Imperialem de prob. feud. alien. Tusch. lit. A. concl. 257. & 263. Förster. de domin. c. 8. Döring. in biblioth. Juris V. alienatio,

THESIS III.

Vasallorum verbo, cujus genitivus casus denotat alienationis subjectum Riminald. ad l. 2. ff. de V. O. comprehenduntur, qui Domino suo fidelitatem jurarunt juxta c. 1. de form. fidel. & qui feudum acceperunt Ceph. cons. 151. sine feudo enim vasallus esse non potest Rol. à Vall. vol. 4. cons. 90. n. 32. dicti alias beneficiarii, fideles, c. 1. §. & quia de his qui feud. dare poss. c. 1. in pr. si de invest. feud. contr. Clientuli c. 1. de alien. feud. Feudatarii, iique ex feudorum qualitate atque ordine Capitanei seu majores Valvasores c. 1. §. Dux, Marchio & §. fin. de his qui feud. dar. poss. c. un. de natur.

natur. feud. c. 1. ubi Matth. de Afflict. Schenk Baro, Cujac. *Quis dicatur dux* Jacobut. de Franchis de feud. tit. 1. n. 1. hodie generali significatione appellati principes Knich. de jure territ. c. 1. n. 296. & status imperii Vultej. in exeg. feud. V. hoc qui dat. Vel minores vel minimi sive valvasini c. 1. de nat. feud. Vult. l. 1. c. 4. n. 14. Gothofr. Anton. disp. feud. 1. th. 6. lit. b. nulla sub distinctione an sint Vasalli tantum, nec Landsassii, quo casu vasallus respectu personæ feudi domino non subjicitur, ac Vasallagium ex non subdito subditum haud facit Geil. de P. P. l. 2. c. 13. n. 20. & de Pignor. obs. 15. n. 2. Regner. Sixtin. de Regal. l. 1. c. 4. n. 59. & 67. Pruckman. conf. 27. n. 1. & 2. Pauermeist. de Jdict. l. 2. c. 8. n. 42. Rosenth. 6. 5. concl. 78. n. 4. Besold. conf. 233. n. 86. quorum correlatum dicitur Dominus c. un. de his qui feud. dare poss. Senior. c. un. quib. mod. feud. amitt. c. si contentio de capit. qui cur. vend. c. Imperialis v. per multas de prohibet. feud. alie quales vivunt in provinciis Suevia, Franconia, Rhenana, Wederavia, in quibus territoria non conclusa sunt Becker. l. 3. c. 4. n. 17. vel qui se exemerunt. Ziegl. ad praxin Calvoti §. Landsassii concl. 1. n. 27. an vero sint Vasalli Landsassii, qui subjecti Imperio five superioritati certis territorii limitibus circumscriptæ, seu homines jurisdictionales, cui in omnibus mandari ac præcipi potest. Gylman. l. 1. decis. Camer. 48. n. 37. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th. 26. lit. K. Wehner. in v. Landsasserey. Reink. de regim. l. 1. class. 5. c. 1. n. 82. Becker Synops. Jur. publ. l. 3. c. 4. Myler. de Stat. Imper. c. 59. quibus correlative se habet, & tanquam activum & passivum respicit Landesobrigkeit Joh. Bidenb. qu. nob. 1. n. 5. Geil. l. 1. obs. 21. n. 1. Ziegl. d. l. n. 13. Ruding. cent. 3. obs. 27. n. 3. Hi degunt in provinciis, quarum territoria conclusa vocantur, sive in quibus Landsassiatu viget, quales

quales ditiones Saxonicae, Palatinus Rheni, Bavaria, Hafia, Austria, Marchia, Ducatus Brunsvicensis, Pomerania, Matth. Stephan. *de Jdicit. l. 2. p. 1. c. 7. membr. 2. n. 130*, Limn. *J. P. l. 6. c. 4. n. 3.*

THESIS IV.

Prælibatis hisce, breviter thema nostrum describimus, quod alienatio Vasallorum sit eorum in alienum dominum à priore domino facta traditio. Traditionem putamus esse actum quo tradens finem imponit actibus, quos ex facultate dirigendi exercere circa res potest; accipiens vero eos incipit. Nisi enim talis actus intervenerit, de jure Civili dominium non est translatum, quamvis à Domino de transferendo dominio promissio intervenit. Hinc Vasallus vendens vel oppignorans feudum sine consensu domini, non amittit illud, quia non videtur alienatum, nisi processum sit ad traditionem. Bald. & Matth. *de Afflict. in c. 1. v. aut si libellario n. 12. quib. mod. feud. amitt.* Jure Gentium ad alienationem à parte dantis sufficere verba aut alia signa externa voluntatem alienandi exprimentia, in eo cui res datur, voluntatem accipiendi, potius est. H. Grot. *de J. B. & P. l. 2. c. 6. §. 1. & 2. ubi Dn. Zieglerus Jctus Saxonicus.* Hæc ideo adjicimus, ut constet dissertationem nostram non in omni, sed in illa alienationis specie versari, qua expressus utriusque tam dantis quam accipientis consensus intervenit. Omnium seculorum quippe historiis usque adeo compertum est, ut nemo in dubium vocare possit, summam in Republ. potestatem tacito quodam consensu bona & jura civitatis amittere, ita ut illa quasi derelicta jure tandem fiant aliorum, unde accedente ut plurimum præscriptione, Exemptio suos natales invenit, de

de qua Geil. l. 1. Ob. 21. Stephan. p. 1. l. 2. c. 3. n. 40. Zach. Victor. de causis Exempt. Roding. in π. Camer. l. 3. c. 44. Conring. de fin. Imper. Germ. c. 19. §. 5. f. 352. Non ab simili modo seponimus Abdicationem, id est, si quis jus imperii non in alium transfert, sed abjicit sive derelinquit. Nam quod abjicitur, in medium æque omnibus rapiendum projicitur; unde iterum jure naturali unusquisque civium suæ conseruationi suo providere arbitrio potest. Ejusmodi abdicationis exemplum, nulla habita relatione ad alium, exhibuit nobis Polonia, cum Serenissimus Rex Johannes Casimirus d. 6. sept. 1668. in æde S. Johannis Cracoviæ, coram ordinibus Regni Poloniæ coronam & Sceptrum Regium, habitâ oratione valedictoria, inter Lacrymas subditorum solenniter deposuisse dicitur: *Eure Gewogenheit und freye Wahl hat uns auf diesen Thron erhaben / darum auch wiederum die Liebe so wir zu Euch tragen / uns von demselben abgesetzt. Wann unsere Vorfahren Sich der Regierung begeben wollen / haben Sie die Cron entweder ihren eignen Kindern / oder Brüdern / oder nahen Blutsverwandten aufgesetzt / wir aber überliefern dieselbe unserer vielgeliebten Mutter / dem gemeinem Wesen / als welcher Vater und Sohn wir seynd &c.* integram exhibet Ahasv. Fritsch. de resignat. c. 1. Ad alienationis nostræ speciem propius accedere videntur resignationes voluntariæ ingratiæ resignatariorum factæ, qualis est refutatio & cessio Imperii in Ferdinandum I. fratrem à Carolo V. mense sept. A. 1556. peracta. Thuan. histor. l. 16. Goldast. tom. 1. Constit. Imper. p. 576. & in Polit. Imper. part. 7. discurs. 1. Limn. ad capitul. Ferdinandi I. v. ob angeregt Römisches Keyserthum p. 451. & seqq. ut & Reginae Sueciæ, Christianæ d. 11. May A. 1654. in Carolum Gustavum, Palatinum Rheni, amatinum Theatr. Europ. tom. 7. f. 637.

B

Th. V. Sed

Sequitur primaria argumenti nostri quaestio, an Domino liceat Vasallos alienare? quam uno verbo definire ob variantes doctissimorum virorum opiniones impossibile est. Nos generali distinctione quasi fundamenti loco posita intricatum negotium breviter exponere tentabimus. Aut dominus alienat Vasallos tantum quoad jus, quod ipsi in personas eorum juxta placita feudalia competit: aut alienat feudum cum universitate, ita ut jus fidei, & res omnes quibus adhaeret, & quae possessa semper fuerunt conjuncto dominio ad tertium transeant, eosq; vel consentientes vel invitos. De consentientibus non est ambigendum. Paris. cons. 22. n. 81. quod eò extendunt, etiamsi non expressè consentiant, sed taceant saltem illum dominum recipiendo nec in principio contradicant. Anton. Gabriel. l. 3. de jure quaesit. concl. 8. n. 19. Vultej. l. 1. c. 10. n. 77. Rosenth. c. 9. concl. 62. n. 13. Quoad invitos in casu primo de jure negandum est, posse dominum alienare jus Vasallagii seu domini tantum sine curia c. imperialem §. 1. v. praeterea ducatus ubi Andr. de Isernia n. 43. & Bald. n. 9. de prohib. feud. alien. per Frider. c. 1. §. ex eadem lege de lege Corrad. gl. in l. invitus 34. ff. de fideicom. libert. Ifern. in c. 1. v. si quis fecerit. Quo tempor. mil. invest. pet. n. 2. Matth. de Afflict. in c. 1. §. ex eadem. de leg. Corrad. n. 3. ubi & Schenck Baro n. 2. & decis 265. Zasius de feud. part. 10. n. 82. Wesenb. de feud. c. 10. n. 9. Rosenth. c. 9. concl. 62. n. 28. Panormit. & Felin. in c. dilecti de major. & obed. Bald. cons. 327. lib. 1. Jason. ad l. si non sortem 26. §. libertus ff. de condict. indeb. Decius cons. 689. Trentacinq. var. resol. l. 3. de pactis resol. 1. n. 17. Menoch. recup. poss. rem. 10. n. 81. Everhard. in top. à liberto ad Vasallum n. 3. Molin. ad consv. Paris. §. 1. gl. 3. n. 26. & 27. & 29. Mornacius in l. filius fami-
lias

lias §. invitus ff. de procurat. & in l. si mandato 45 ff. mand.
 dat. Vasallos enim servorum instar vendi alienarique æ-
 quum non est Mornac. d. l. filiusfamilias. neque nexus in-
 ter dominum & Vasallum dissolvi potest, nisi mutuo con-
 sensu. Capell. Tholos. decis. 485. quo argumento usi sunt lega-
 ti Electoris Brandenburgici & ducis ultimi Pomeraniæ, cum
 in satisfactionem bellicam ab Imperio Corona Sueciæ pe-
 teret Pomeraniam, in literis Statuum responsoriis ad Can-
 cellarium Sueciæ de dato 9. Aug. 1634. daß zwischen dem
 Churfürstl. Hause Brandenburg und Fürstlichen Hause Pom-
 mern eine Erbvereinigung aufgerichtet / und hätten die Chur-
 fürsten alwege ihre Gesandten bey der gemeinen Landeshuldi-
 gung gehabt / und dieselbige ineventum mit aufgenommen.
 So muß auch ein jeder Lehnmann / wann er den Lehn-Eyd
 den Herzogen zu Pommern ableget / ineventum seiner Chur-
 fürstlichen Durchleuchtigkeit schweren / und geschicht derglei-
 chen bey den Städten in der Erbhuldigung / kan daher mit
 keinem Fug den Ständen und Unterthanen etwas / so solchen
 geleisteten Erb und Lehn-Eyd / zuwiedern / zugemuthet werden.
 Theatr. Europ. tom. 3. f. 224. Et jus Vasallagii consistens in ob-
 sequio & reverentia operisque officialibus, personam pa-
 troni respicientibus, ut associare eum per civitatem, ser-
 vire ei in domo vel in mensa Jason. d. §. libertus n. 3. in
 foro ad honorem, in bello ad defensionem Molin. d. gl.
 3. n. 28. personale est, & cohæret inseparabiliter personæ
 l. opera in rerum 9. §. 1. ff. de oper. libert. nec delegari potest
 text. in l. 26. §. 12. v. delegatus ubi Jason. n. 16. § 17. ff. de
 condict. indeb. Maul. de jure int. dom. § subdit. c. 4. n. 14.
 Hinc in casu occurrente, ubi Dominus regno aberat, &
 procuratorem in amplissima forma constituerat, ut omnia

posset facere, quæ ipsi Domino licerent, Vasallos non teneri ejusmodi procuratori obsequium præstare, neque coram eo stare, vel detecto capite adesse, cum jus hoc & præ eminentia personæ tantum Domini cohæreat, & quæ competunt alicui ratione dignitatis, ejus Vicario non deberi consuluit Alphons. de Olea *de cess. act. tit. 3. qu. 6. n. 32.* Hodie tamen in Electoratu & terris Saxonis à Johanne Georgio I. Imperii Octoviro Patre Filiis secundo genitis per testamentum assignatis quoad servitia Vasallatica à moderno Serenissimo Electore Johanne Georgio II. cum Principibus Dominis Fratibus Dresdæ d. 22. April. 1657. talis transactio inita est, ut Dominorum fratrum Vasalli Toparchis & præfectis quoad jurisdictionem subjecti, die *Ambtsassen die unter den Aemtern sitzen* investituram à dictis Dominis suis petant, & iis servitia in foro ad honorem exhibeant die *Aufwartungen ablegen* / in bello vero & ad defensionem primogenito Domino Electori obligentur die *Ritterdienste und Mediat aufgeboth haben* Churfürstliche Durchleuchtigkeit zu Kriegszeiten und Musterungen *Ihr* ausdrücklich vorbehalten quod ex eo fluit, quod penes Serenissimum Electorem territoriale, bellique & pacis jus resideat.

THESIS VI.

Sequitur de altero distinctionis membro, an Vasallum cum universitate recte alienentur, quod in genere supra allegati Dd. affirmant, quibus addo Rol. à Vall. *vol. 1. cons. 1. n. 88.* consensum tamen eorum vel subditorum plerique requirunt Vasqu. *controv. illustr. c. 5. n. 5.* Geil. *de PP. l. 2. c. 15. n. 13.* Hotom. *illustr. qu. 1. § observ. l. 4. obs. 29.* Barthol. de las Casas, Episcopus Chiapensis in Q. *utrum Reges vel Princi-*

Principes, jure aliquo vel titulo, & salvâ conscientia, Cives ac subditos à Regia Corona alienare, & alterius Domini particularis dittoni subdicere possint? Labet huc Belgarum querelas contra ejusmodi alienationem, cum dotis loco Philip-
 pus II. Rex Hispaniæ Alberto Austriaco Belgium, conciliandis eorum animis, qui desciverant, addiceret, transcribere, ubi argumenta prælaudatorum Ddum tanquam in tabella uno intuitu cerni possunt: Erant, ait Historicus, qui prævum morem arguerent, quod libera hominum capita, ceterum privatam servitium, in censu ac commercio haberentur. Barbaris certe usurpatum, ut imperia donarent, legarentve, quippe ignavis Domino Princeps quid intersit; at quibus aliud fas & nefas, minime his ambiguum, rem esse populi, indeq; dici Rempublicam, cujus procuratorem, ut apud alias gentes comitiis, aut Senatui, ita apud plerasq; Principi permissam. Nec ullum omnino justum imperium, nisi ex consensu gentium, cœpisse, quæ tutelam omnium uni, aut homini, aut obturbida suffragiorum familiæ crediderint, solo honoris pretio inductis, ut suâ posthabitâ civium utilitati studerent. Quod ut ubiq; verum, in Belgis manifestius, qui nec arnis subacti, nec ultro concupita servitute, sed definitis præmiis & potestate, multa Principibus non permisissent, vetito inter prima, ne quam partem fidei suæ commissam abrumperent. Gallicam magnitudinem non alio crevisse, quam quod collata in unum fortune dona nullus eventus divellat. Quanto autem gravius, si ea quæ centum per annos coaluit, velut succus atq; alimentum, infirmo corpori subducatur. Grot. histor. de reb. Belg. l. 7.
 Nos plurimum referre putamus, penes quem in Republ. sit summa potestas, quis fuerit modus acquisiti imperii, quæ subditorum qualitas, quo usu moribusque formatum

te-
que
c &
quæ
de-
n.
an-
eni-
tica
um
57.
falli
die
di-
no-
o &
gen-
rsta
Jhr
ere-
s re-

falli
a al-
ns. 1.
ere-
15.
de
vel
nci-



sit principum jus, perpendere. Bachov. *ad Treutl. p. 1. disp. 2. th. 3. lit. f.* Dati regimen, quod per se est regentis causa, quod dicitur dominicum, non ambigimus, & prolixè probat H. Grot. *de J. B. & P. l. 1. c. 3. n. 8.* In hoc cum ea fere sit imperantium ratio, quæ dominorum in servos, & imperans primario sibi consulere potest, & non nisi per accidens commodum subditorum quærere teneatur, in alienatione populi consensus haud postulari, sed licitè negligi potest. Conring. *de fin. Imper. c. 19. §. 3.* Pari jure utitur Rex in iis populis, quos bello quæsit, vel aliunde tanquam proprium patrimonium nactus est. Exempla vetera producit Grot. *dl. n. 11.* Nos eò referimus factam à Ferdinando II. Imp. Johanni Georgio I. Electori Saxonix cessionem totius Marchionatus Lusatiæ d. 14. April. A. 1635. quem antea prosumptibus belli Bohemici hypothecario contractu ei oppignoraverat. Ita enim Serenissimus Imp. in limine libelli de Jure suo hæreditario in regno Bohemiæ A. 1620. publicati, disertè ait; *Quamvis jus suum hæreditarium anceps foret, ut Bohemi hætenus habuissent aliquod jus liberæ electionis, nunc tamen, postquam regnum universum armis sibi cecit, seq. tanquam legitimum hæredem ex debito, non ex arbitrio suscepit, frustra disputationem de Jure Electivo instaurari, cum ipsum regnum sui juris factum, jam jus hæreditarium domus Austriacæ agnoverit.* Quamvis in hac cessione insuper alienatorum consensus expressus intervenerit, velut ex iis, quæ circa actum traditionis gesta sunt, luculenter apparet. *v. Diar. Europ. tom. 3. f. 647.* Ut hinc ea, quæ Justus Asterius in sua virulenta contra hanc cessionem, & Pacem Pragensem incassum repetitis ab an. 1075. hujus provinciæ regno Bohemiæ unitæ originibus, affert,

affert, nullum calculum mereantur. Ita Rex Salomo Re-
gi Phœnicum Hiromo dedit urbes viginti omnemq; adeo
terram Chabul, à Socero Ægypti Rege in dotem partim
acceptas, & extra possessionem & fortem à Deo definitam
fitas, *l. 1. Reg. 9. v. 11.* Pineda, *de reb. Salom. l. 7. c. 17.* non
improbante id divino numine, haud connivente ad inho-
nesta, & naturali juri repugnantia jura, de qua Salomo-
nis donatione etiam inferius agetur. Eandem liberè alie-
nandi facultatem esse in regno, voluntate populi simpli-
citer, nulla interposita pactione delatum, non facile ne-
gabitur. Grot. *d. c. 3. §. 8.* Thom. Hobb. *de Cive c. 7. & 9.*

THESIS VII.

In Rebuspublicis vero ubi summa potestas judicio suf-
fragiisq; populi sub certis pactorum capitulis, alienationem
vel tacite vel expressè impredientibus, delata est; vel ubi ex
hæreditate Majorum, & continuata successione regimen
hoc modo obvenit, alienatio vel totius vel partium sine con-
sensu populi, & quorum interest, non permittitur. Nem-
pe quia hæc ab initio eorum, qui se dominio alicujus cer-
tis conditionibus subjecerunt, fuisse videtur intentio, ut
Resp. quasi tutorem, defensorem & parentem haberet,
qui bene remp. gerere, non etiam alienare studeret. Vas-
qr. *contr. ill. l. 1. c. 1. n. 19. §. c. 5. n. 3.* Hotom. *qu. 1. Arnis.*
de jure Majest c. 1. n. 10. & seqq. Rosenth. *c. 3. concl. 21. lit. f.*
§ allegati Dd. ab Ampliff. Dno. Zieglero in Grot. l. 1. c. 3.
v. ita ut alienare etiam possit. Pacta de non alienandis rebus
Imperii expressa in plerisque imperiis reperiri ostensu faci-
le est. Imperator Germaniæ, antequam Coronatur, sancte
jurat,

jurat, se ex his quæ ad imperium, imperiique patrimonium pertinent nihil alienaturum, distracturum, oppignoraturumve. Id patet ex iis capitulationibus, in quas Maximilianum I. secuti, omnes sunt ad Cæsaream dignitatem admissi. Nonus ex ea cum Carolo V. inita articulus ita se habet: Zudem und insonderheit sollen und wollen wir dem heiligen Römischen Reich und dessen Zugehörigen nicht allein ohn Wissen Willen und Zulassen gemeldter Churfürsten sambelich nichts hingeben / verschreiben / verpfänden / versetzen / noch in anderwege vereusern noch beschweren / sondern uns auch aufs höchste bearbeiten und allen möglichsten Fleiß und Ernst vorwenden / dasjenige so darvon kommen / zum forderlichsten wieder darzu bringen / zueignen auch darbey bleiben lassen v. Limn. *ad capitul. ibi p. 162.* In eandem sententiam concepta leguntur in Capitulationibus Ferdinandi I. *art. 8.* Maximiliani II. *art. 6.* Rudolphi II. Matthiæ, & Ferdinandi II. *art. 8.* Ferdinandi III. & IV. *art. 9.* & prolixius in capitulatione moderni Imperatoris invictissimi Leopoldi *art. 12.* De bonis regni Galliæ inalienabilibus notum est Francisci I. patris cum Carolo V. initis ex hac ratione contravenientis, exemplum; & ob eandem causam domanium Coronæ Gallicanæ comparari consuevit tunicæ inconsutili (Salvatoris nostri) quæ non fuit divisa, ut ex Bacquetio refert Limn. *in Notit. Regn. Franc. l. 2. c. 8. lit. BB.* prolixè Autor Vindic. contra Tyrann. *Q. 3. p. 231.* In regno Hispanico de non alienandis terris regni, est constitutio sub Alphonso facta, renovata demum Ao. 1560. in Toletanis comitiis, quæ quidem leges sancitæ fuerunt, cum longo antè tempore consuetudo vim legis obtinuisset. In regno Polonico pariter lex vetusta est, renovata A. 1375. per Ludovicum vicum

vicum Regem. Esse eandem in Hungarico patet ex *c. intel-
lecto 33. X. de Jurei* ubi Andreas Pannoniæ Rex apud Hono-
rium III. postulatus est, quod post habito in sua coronatione
præstito juramento prædia dominica distraxisset. *v. d. Vin-
dic. contr. Tyr. p. 230.*

THESIS VIII.

Præcedens thesis de non alienandis Vasallis vel subditis
citra eorum consensum, ut omnis ferè regula, suas pati-
tur exceptiones, quarum princeps est publica utilitas & ne-
cessitas. Urgente enim necessitate etiam irrequisito paren-
tium consensu, iisque invitis & reluctantibus alienatio te-
net. Necessitas siquidem non habet legem, sed ipsa sibi
facit legem, & quod non est licitum in lege, necessitas
facit licitum. Ac proinde cum in eas angustias pervene-
rimus, ut aut violatis legibus salva respublica, aut salvis le-
gibus interitura sit Resp. posthabitis legibus necessitati pa-
rebimus. Ita gubernator navis jactu redimit naufragium,
civitas ruinis incendia opprimit, æger, ut vitam conservet,
manum vel pedem sibi abscindi vel avelli non renuit, &
mutilo corpore partem pro toto solvisse gaudet. Quin mul-
ta sunt ejusmodi, quæ solum ex damno habent remedium;
atque reipublicæ causa sæpius quædam tentantur bono
magis exemplo quam concessio jure. Anton. Gabr. *l. 3. de ju-
re quæsito non toll. concl. 8. n. 12.* Rosenth. *c. 9. concl. 62. n. 20.* &
22. Hieron. de Cævall. *comm. contr. com. qu. 532.* Fr. Marcus
tom. 1. dec. 337. n. 10. Rol. à Vall. *vol. 3. conf. 80. n. 3.* Facultas e-
nim conservandi corpus universum & salutem Reip. o-
mnino de essentia summæ potestatis est, quæ exinde volun-
tatem civium, nolentium ad finem civitatis universalem,
cujus promotioni omnes Reip. partes obligantur, infle-

C

ctere

tere invitorumque actiones ad consensum, atque voluntariae actionis genus, quo à necessitate pereundi liberetur Civitas, reducere potest. Cum itaque *ut th. antec.* dictum est, Subjectis summæ potestatis libera facultas per pacta & leges fundamentales soleat restringi, in hujusmodi alienationibus ad ea respiciendum & juxta leges & mores dijudicandum est. Juxta ea negandum censeo, posse Imperatorem jura & bona Imperii, urgente etiam extrema necessitate sine Electorum & Statuum consensu distrahere & alienare. Cum enim divisa quasi sit Majestatis ratio, ut pars *τὸ κρείττον* ad Imp. pars ad ordines Imperii pertineat, sequitur, quod in præjudicium aut præter voluntatem eorum Caput nihil possit, sed quod omnes tangit, ab omnibus pariter esse comprobandum *Knipschild. de Jur. & privil. Civit. Imp. l. 2. c. 31. n. 8. Heig. p. 1. q. 19.* Et quamvis in textibus A. B. & Capitulationibus supra recensitis tantum fiat mentio consensus Collegii Electoralis; hodiè tamen alienationem bonorum imperialium absque consensu reliquorum Statuum fieri vix posse, innuit pacificatio Monasteriensis *ibi: mit deß H. R. Reichs Churfürsten und Ständen verwilligung / Rath und Zuthun.* Et hæc videtur esse ratio, quare in cassatione articulorum Cæsareæ Capitulationis alienationem bonorum Imperialium prohibentium, non Imperat. tantum, sed totius Imperii disertissima fiat mentio *Instrum. Pacis Cæsareo Gall. §. 79. ibi: zu mehrer obbesagter Übergaben und Vereusserungen Befräßtigung / thut die Römische Keyserliche Majestat und das Römische Reich / vermöge dieses Vertrages / ausdrücklich cassiren und aufheben / alle und jede voriger Römischer Keyser und deß heiligen Reichs Decreten, Satzungen / Statuten und Gewohnheiten*

so

so entweder vermittelst Lydes befestiget / oder hinführo zubefestigen stehen / benahmentlich die Keyserliche Capitulation, so weit darinn die Vereusserung des Römischen Reichs Güter und Rechten verboten wird / und zugleich solche zu ewigen Zeiten ausschliesset alle exceptionen und Restitutions Wege / auf waserley Schein und Fug solche sich nur begründen mögten. Non sane exteri Reges sibi satis cautum existimaverunt, nisi ubi & aliorum Imperii ordinum probatio accessisset. Oppugnarunt hanc restaurandæ pacis causa factam alienationem bonorum Imperii maximè Ecclesiasticorum varia paci jam coëunti adversa edita scripta, inter quæ iudicium Theologicum larvati cujusdam Ernesti de Eusebiis, cui tamen accurato scripto sub titulo: *Sacri Romani Imperii Pacis licitæ demonstratæ Prodomus & Syndromus* Johann Caramuel Lobkowitz Theol. Doct. & Disenbergensis Abbas Ordinis Cistertiensis satisfecit. In Regno Gallix duo sunt calus licitæ domanii alienationis; Appennagium, liberis fratribusque attribuendum: ita tamen, ut jus clientelare perpetuo retineatur v. Springsfeld. tr. de Appennag. deinde si necessitas bellica postulet, cum pacto redhibitorio, utrumque approbante Parlamento Parisiensi & Camera rationiorum publicorum Papon. *Arest. lib. 5. tit. 20. act. 4.* Item stante consuetudine, etiam valere has vasallorum distractiones probant Felin. c. dilecti de Major. & obed. Guid. Pap. qu. 560. Gabriel d. l. n. 14. & ab ævo ita observatum ait Kriechen de vestitur. pactio. p. 2. c. 5. n. 320. adde Rosenth. d. concl. 62. n. 21. ubi plures regulæ limitationes adducit. Clarus §. ferdum 28. n. 3. regulam de facto male per dominos observari conqueritur.

THE S I S I X.

Vasalli taliter alienati censentur sub iisdem conditio-

nibus, quibus priori domino tenebantur, traditi, ita ut privilegiis & juribus ante quaesitis gaudeant, nec ad graviora servitia & praestationes compelli debeant. *gl. in d. f. praeterea in v. ad alium ubi & Ifern. n. 9. de prohib. alien. per. Frid.* Id ipsum Sereniss. Dn. Dn. Dn. Dn. Fratres Elector & Duces Saxonici perpendentes, cum juxta dispositionem paternam Johannis Georgii I. P. R. ad. divisionem procederent, transactioni de superinitæ ab initio ferè laudabiliter praemiserunt: Es soll aber diese Brüderliche Vergleichung allerseits Chur und Fürstlichen Ständen und Unterthanen / Prälaten / Graffen / Herrn / Schrifft und Ambsässigen Städten an ihren erlangten Gerechtigkeiten ganz unschädlich seyn / sondern selbige allerseits / ja ein jedweder Unterthener in particulari bey seinen habenden Rechten / Privilegien, Immunitäten und redlich hergebrachten Gewohnheiten / insonderheit eine getreue Landschafft bey ihren Lehen / gesambten Hand / anwartungen und erlangten Reversalien gelassen / solche ihnen bekennet und erneuert werden / auch ein Ort gegen dem andern sich seiner Befreyung / Gerade / Heergeräthe / Abzugsgelder / Brauen / Melzen / Schencken / Handeln / Handwercken / Zöllnen / Ungeldern / Jagten / Hüftungen / Triffen in Hölzern / Feldern und Auen / wie sie solche bis dato beständig hergebracht / und dergleichen ungefränckelt ohne einige Neuerung gebrauchen. In Suecia, cum Coronæ illius Rustici aliquot domaniales der Cron Schatz Bauern in proceres Regni essent alienati, & operis contra veterem conditionis modum insolitis ab iis gravarentur, in Comitibus Regni universalibus ii conquesti sunt; & onus angariarum & perangariarum ad eam mensuram, qua Coronæ præstitæ, reductum est, & concluso Regni, ob translationem Coronæ Suedicæ in Carolum Gustavum, Palatinum Rehni, famoso, decisio hæc inseri meruit. *Theatr. Europ. tom. 6. f. 1183.* Coeterum accedentibus hoc modo Vasallis vel

vel subditis alterius territorio, an jus reformandæ religionis, ex jure territorii dependens, in alienatis locum invenit? Excitavit ferè hanc quæstionem tam apud Veteres quam Recentiores factum Salomonis in solutum cedentis Hiromo, Regi Pagano, viginti civitates, de quo *th. 6. dictum* Varia ad hoc variorum Salomonem excusantium responsio, ex quibus refero Tostati Abulensis, qui putat Hiram & Salomonem vicissim sibi dedisse aliquot oppida in mutuam pignus, quo pax inter ipsos esset stabilior & firmior. In ea autem oppida Regis Hiram donata Salomoni, quæ forte erant vel nullis vel raris habitatoribus Salomonem misisse suorum Israëlitarum colonias, ut est *l. 2. Paralip. c. 8. v. 2.* Viginti autem oppida Salomonis donata Regi Hiram, non tam quoad cives, & loci ac terræ possessionem illi donasse, quam quoad usum regionum vectigalium, in aliquam auri & aliarum expensarum acceptarum compensationem, quem sequitur Pined. l. 7. c. 17. & hæc opinio Hiramum istiusmodi viginti oppida habuisse *αὐτῷ ἔδωκεν* placet Hotom. *qu. 1. Dn. Ziegler. & Bœcl. in Grot. l. 1. c. 3. §. 12.* In hac quæstione luculenta extant exempla in alienatione bonorum præsertim Ecclesiasticorum in diversos Status Imperii ob reducendam pacem Anno 1648. initâ, ubi salva religione & juribus Ecclesiasticis alienatorum facta apparet, ut exinde ad reliquas cessiones argumentari liceat, translatis Vasallis in alius religionis Dominum, ei ipsos reformandi jus non competere. Ita enim Instrument. Pacis Cæsareo Suecic. c. 11. ubi de æquivalente Electoris Brandenburgici agitur *§. 1. ibi Religionem autem & bona Ecclesiastica & §. eidem ibi: Salvis juribus in sacris. & §. Civitati: circa fin. & in genere §. in his vero Domini Electoris Archi & Episcopatibus de cætero salva maneant Ordinibus & subditis competentia jura & privilegia, cum primis in variatæ Augustanæ*

C3

confessio-

confessionis exercitium, quale nunc & ibi viget. & c. & passim. citra expressam reservationem autem remanet hic articulus sub distinctione dispositionis generalis c. 5. §. non obstante d. J. P.

THESIS X.

Cum Vasallorum interfit non mutare Dominum Vasqu. l. 1. c. 5. n. 5. & alienatio non tantum parti alienatæ, sed & reliquæ toti noceat, alienandi se hoc argumento defendere possunt. Nec hoc est excipere de Jure tertii sc. publicæ utilitatis; ut Rex habeat unde vivat, & non convertatur in gravamina subditorum. Quando enim in publico negotio concurrit privatum commodum, agitur sicut de privato non publico l. licet 42. in pr. & l. non cogendum 45. §. 1. ff. de procur. Et ut ait de lfern. de prohib. al. per Frid. v. nec Dominus n. 44. §. 47. f. 91. omnes subditi possunt allegare quasi interfit omnium, ne princeps extendat manus ad iniquitatem auferendo bona subditorum, & tyrannizet; quod practicatur. Porro possunt Vasalli & quorum interest, extrahere mandata sine clausula, quale decretum ad supplicationem Pfalzgrafen J. C. P. L. & J. contra Pfalzgrafen G. H. wegen seiner vorhabenden alienation der Pfalzgräflichen und Reichs-Güter in fremde Hand d. 28. Martii 1590. Decis. Cam. Imp. apud Gylman. in v. alienatio. Deinde Universitati alienatæ videtur competere jus reluendi, ita ut subditi possint admitti ad se redimendum pro eodem pretio arg. l. 2. in fin. ff. si libert. ingen. esse dicat. l. si quis 2. C. de patrib. qui fil. distrax. §. 3. ubi Gl. & Joh. Fab. J. de noxal. act. c. 5. §. Titius ubi FF. si de feud. def. fuer. contr. Et in regno Hispaniæ hanc affirmativam opinionem frequentissime praticari & servari, & quod Vasalli, qui inviti & contradicentes alienati sunt, & nec expresse nec tacitè consenserunt, pretio emptoribus verè & realiter oblato ad se redimendum admittantur, testatur Castillo *controv. tom. 7. c. 17. n. 21.* Et in Curia Aragonum ita fuisse de

se decisum, quod Vasallis jus retractus comperat tradit Joseph. de Sese *decis.* 36. add. Covarr. *in c. quamvis pactum part.* 2. §. 2. n. 4. v. quod autem *in fin.* Vincent de Franchis *decis.* 17. n. 2. Bobadilla *in politic.* l. 2. c. 16. n. 12. dis. Garf. Mastrill. *in consil. un.* quod pro matre scripsit, & adjectum est parti primæ decisionum n. 30. f. 204. & de Magistrat. l. 3. c. 10. n. 45. specialem practicam tradit Petr. Francisc. de Tonduti *in Resol. Civil.* 91. n. 13. ubi: Ego in hac questione dicere solitus sum, prout dixi communitatibus Serignani & Camareti, dum peterent se pro eodem pretio admitti ad redemptionem; hujus decisionem pendere à voluntate principis, & ideo illi hoc casu esse supplicandum ad illius sciendum intentionem, juxta quam Communitates prosequi, vel non prosequi debent causam dictæ prelationis seu redemptionis. Ideo praxis est, ut Vasalli alienati Principi libellum supplicem porrigant petentes, ut ex ejus persona possint se redimere soluto emptori pretio, cum pacto, quod Princeps teneat illos in suo dominio, & amplius non alienet, quam practicam docet Marta *cons.* 182. n. 36. Quæ practica videtur ex Placentino desumpta, esse pro ærario Principis. Quod restat, vereor, ut processu & remediis allegatis princeps præsertim ad officium reducatur, cum communiter accidat subditis cum Dominis litigantibus, quod in specie de Rege Galliæ circumfertur: Le Roy ne plaide point des sesfy. Rex non litigat nisi in possessione constitutus. Limn. *Notit. Regn. Franc.* l. 2. c. 7. lit. O. Tandem an taliter vi vel sponte alienatis liceat in libertatem se asserere, videtur simpliciter probare Fernand. Vasqu. *contr.* l. 2. c. 82. n. 5. sive vi sive sponte sua subditi esse cæpissent, non dubium est, quin possent in suam libertatem sese recipere ac vindicare. Et quanquam justis de causis in summa necessitate a subditis ipsis vel pro iis ab aliis contra principem arma sumi possint, & imperium excuti. Alber. Gentil. de J. B. c. 11. & 16. Grot. de J. B. & P. l. 2.

QKTH 3/179

§§§ : (o) : §§§

c. 25. §. 8. Verum cum semel in numerum parentium se scribi passi sunt vel expressâ vel tacitâ voluntate, & sic mutuo consensu imperantis & parentium constitutum sit Imperium, non nisi utriusq; consensu, nequaquam vero ex arbitratu unius dissolvi potest: & foret hæc sententia omni juri contraria, evertendisq; Rebus publicis idonea. Grot. d. l. 2. c. 4. §. 14. Conring. de Fin. Imp. c. 19. n. 7.

THESIS XI.


Circa definitionem pœnæ Domino feudi vasallos invito alienanti irrogandæ diversæ sunt FF. sententiæ. Dominum amittere jus suum de Jure feudali verius c. 5. v. domino committente si de feud. defunct. contr. c. Imperialē §. præerea de prob. feud. alien. post Ifern. Alvarot. Præpos. Zal. & communis Feudistarū schola probat Rosenth. d. c. 9. concl. 62. & seqq. per. alleg. lit. C. Sententiæ tamen mitior Bald. Sonsbeck. Wesenb. de feud. c. 10. n. 9. statuentium, ex alienatione facta in vito vasallo duntaxat contractū annihilari maxime in principibus magis videtur praticari. Quin & alienationi tanquam nulli ipse Dominus contravenire potest, l. quemadmodū 7. C. de agricol. & censit. Tiraqu. de retract. lignag. §. 26. gl. 2. n. 6. Surdus cons. 284. n. 3. Doring. in V. alienatio n. 606. Rosenth. c. 9. concl. 70. n. 16. Et hinc talem alienationem inter E. & D. S. à summo Principe confirmatam non ita pridem irritū abiisse novi. Quod eò extendi volunt, ut Princeps, contrahens cū subditis quod non possit alienare, si contraveniat, possit propria auctoritate reassumere, non obstante clausula de plenitudine potestatis. Cachéran. cons. 26. n. 9.

Altius Vomerem figere & animus erat, & materiæ ratio postulabat, verum causa supervenit fontica, quæ prohibuit. Temporis itidem angustia his paucis eam, quâ indigebant, limam adhibere præclusit. B. L. quo doctior & melior est, quæ in hac cōtroversa materia tradita sunt, eo accepturū æquius confido.

D. O. M. G.

KD77

no



Q. D. B.
ALLEN
VASSALLI
DISPUTATIO IN
MORALI ET POLITICO
PRO DOCTORALIBUS
P. P. P.
GUSTAV-ADOLF
Lipshitz
The Venerabilis
55

Em
gn
ctu
Sa
to
46
fiv
re
ap
&
am
hib
feu
ton
tio
So
pe
du
qu

